



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXIV. Erich und Harnid Crucemann verkaufen den Zehnten in Ellenberg und die Kreuzschuld daselbst dem Kloster Diesdorf, um das Jahr 1290.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

milites, fratres mei, Henricus, scultetus in eadem villa et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M°. CC°. LXXX°. III°. ydus nouembrium, in die Martini.

XXIV. Erich und Harnid Crucemann verkaufen den Zehnten in Ellenberg und die Kreuzschul daselbst dem Kloster Diesdorf, um das Jahr 1290.

Erius miles et Har. cruce-man cognominati — seire volumus vniuersis, quod ecclesie beate virginis Marie et conuentui in Diftorp vendidimus decimam in Ellenberge cum omni iure proprietatis, tam in minutis quam in maximis, et quandam summam in eadem villa, que cruce-sculd vocatur, quam simili hereditario iure a nostris patribus possederamus. Hec bona comparauit a nobis dominus Heynricus prepositus et prouisor eiusdem ecclesie pro ducentis marcis puri argenti. Quod factum ut notum sit omnibus etc. —

Der Schluß dieser sehr defecten Urkunde fehlt; es läßt sich nicht genau bestimmen, wie viel Seilen weggefallen sind.

XXV. Heinrich, Herzog von Braunschweig, verkauft dem Kloster Diesdorf drei Hufen zu Ellenberg nebst der Capelle daselbst, am 30. Mai 1291.

Ad perpetuam rei geste memoriam, que geruntur in tempore solent poni in ore testium, vel scripture memoria perhennari. Nouerint igitur vniuersi tam posterii quam presentes presentium inspectores, quod nos dei gracia Henricus, dux de Brunswich, Tres mansos sitos in villa Ellenberge cum omni iure suo, et quicquid juris aut proprietatis in eadem villa et Capella sita ibidem hucusque habuimus, sicut pater noster dilectus clare memorie Dux Albertus quondam de Brunswich, iure hereditario dictos mansos possederat, accedente consensu omnium, quorum erat consensus merito requirendus, Ecclesie Sanctimonialium beate Marie virginis in Diftorpe, verdenis dyocesis, pro viginti marcis stendalensis argenti uendidimus, Libertate perpetua possidendos. In cuius rei euidenciam presens scriptum Sigilli nostri Munimine roboratum Ecclesie supradicte Liberaliter concedendum duximus ad cautelam videlicet ne contractus tam rationabiliter celebratus, per tempora vel momenta quocumque etiam articulo emergente, aliquam cuiuscunque intricacionis sustineat Lesionem. Huic autem contractui aderant et sunt testes: Baldewinus, wasmodus et paridam, dicti de knesbeke, Bertoldus de Bodenrothe, Johannes de Honlage et Conradus dictus Rouere, Milites, Johannes Sloteke, Harnid de Marnholte et quam plures alii fide digni. Datum Gefhorne, Anno domini M°. CC°. nonagesimo primo, In vigilia Ascensionis domini.